

## Testament

des Pfarrers zu Wendischossig, Bartholomäus  
von Kleditzsch, vom Jahre 1524.

---

In nomine domini Amen. Anno dom. mcccc. 24.  
vndecima die Mensis Aprilis. Ego Bartholomeus Bar-  
tholomei de Cleticz plebanus in Wyndisch Ossig.  
Misnens. Diocesis Sciens me nequaquam posse euadere  
mortem temporalem, cum statutum sit omnibus homini-  
bus semel mori. Ne ergo decedere videar intestatus de  
rebus meis a Deo omnipotenti collatis ac multis labori-  
bus acquisitis presentem et infra scriptam meam ulti-  
mam voluntatem ac dispositionem ob anime mee reme-  
dium et salutem feci et condidi facio et condo per  
praesentes. Ne ad alios quod ad mee existat voluntatis  
manus deveniat quae me de hujus vite miseria sublato  
valere volo et vigore iure codicillorum ac patrate cujus-  
libet ultime voluntatis. Nec non veri et legitimi testa-  
menti donacionem circa mortem seu inter viuos quo  
melius valere poterit et tenere. Eamque a meis execu-  
toribus infra notandis immobiliter obseruari.

Inprimis trado et committo deo quum volo mori  
ut cristianus verus in fide catholica et quia anima no-  
biliores corpore et rebus eam offeri et committo omnipo-  
tenti deo et beate virgini marie martirisque ejus totique  
collegio spirituum et sanctis apostolis petro et paulo.  
Ac omnibus sanctorum consorcio Amen. Et corpus terre  
ad sepeliendum ut mos est sacerdotis.

Item domino meo gracioso Episcopo j florenum  
Rynensem vt confirmet hanc vltimam voluntatem meam.  
Officiali pio in Stolpen j floren.